

1595

C O D I C E S

1596

Traëtatum dant illi eruditi Populares, ut vidimus. In eo frequens est: *quanto ti ho mostrato — hor ti uoglio mostrare &c.* Eadem apostrophe in praesenti: *Come ab occho dieci anni a te dixe — se harai in vna tua casa vna sala &c.* Illud singulare, citari in eo *il libretto dinanzi deſto Rosaio odore de la vita*, unde nova ratione fiat probabile, hunc etiam Libellum *Bartholomaei* foetum esse. Atque haec ulteriori doctorum *Italorum* discussioni submittuntur.

DCLXXIX.

R. 1989 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 100. 4. per duas columnas non una manu exaratus, rubricis distinctus et olim *Domus orti beate Marie prope pragam Ordinis Carthusiensis* fundatae ab *Johanne Luxemb.* Rege ad *Cressiacum* a. 1346. caeso sequentia continet: I. *Incipit summa virtutum.* Initium: *Si separaueris preciosum a vili &c.* Est *Guil. Peraldus* O. P. jam relata *Vol. I. P. II. col. 2285.* sed hic absque Praefatione, et ita terminata: *ut edatis et bibatis super mensam in regno meo. Quo nos perducatur &c.*

II. fol. 32. *Incipit tractatus de speciebus timoris domini.* Ita quidem: *Species timoris dicuntur esse VII. scilicet timor mundanus. humanus. seruilis. naturalis. initialis. filialis. reuerentialis &c.* Divisus in Articulos piis narratiunculis scattet. Ita *Art. 3.* narratur de quodam *Rustico trupatore*, qui cum

*duceret vaccam et vitulum ad montem sancti michabelis de periculo maris inter fines britannie et normannie, et appropinquaret ad locum, et fluxus maris, qui quandoque viam illam attingit, inuaderet eum, exclamans dixit: O sancte michabel libera me et dabo tibi vitulum. Liberatus autem dixit: Bene fatuus erat sanctus michabel, si credebat, quod darem sibi vitulum meum; et iterum fluxus quasi involvens eum et exclamavit dicens: O sancte Michabel libera me, et dabo tibi vaccam cum vitulo. Liberatus autem dixit: O michabel nec vaccam nec vitulum habebis. Cum autem sic securus incederet, ecce fluxus iterum involvens eum suffocavit, vaccamque cum vitulo. Ad calcem habetur: *Explicit tractatus de timoribus.* Ignoro Autorem.*

III. fol. 43. p. 2. *Incipit summa vitiorum.* Ita: *Dicturi de singulis vitiis ante omnia ostendemus &c.* Haec *Summa* rursus ad *Guil. Peraldum* pertinet, quamvis a Librariis contracta et licenter habita, id quod etiam de *Summa Virtutum* superius adlata intelligi velim, ut patet conferenti utramque cum edit. *Antverp. Tomis II. 1571. 8.*

IV. fol. 86. p. 2. *VII. dubitabilia de corpore christi.* Primum est: *Quomodo panis possit fieri caro et vinum sanguis?* Solvuntur singula haec *Dubitabilia*, et ad ultimum, quomodo *Christus* possit esse simul in *Ratispona*, in *Vienna*, in *Praga*, adfertur exemplum animi,

nimi, qui possit esse in his locis et additur *Brunna*; quae similitudo, quamvis admodum claudicet, Patriam tamen Autoris aliquatenus manifestat.

V. fol. eod. et p. ead. *Plurima miracula de corpore Christi*. Miranda intellige, quorum Noster censet VII. ratione *Institutionis*, VI. ratione *Consecrationis*, totidem ratione *continentiae*, IV. ratione *perceptionis*, et totidem ratione *efficientiae*.

Noctis sub silentio tempore brumali

Deditus quodammodo somno spiritali

Qui vero ad famosum *Lincolniensem* referat, neminem novi praeter *Codicem Paulinum Lips.* re-

Mundumque cum frivolis suis condemnavi
Aurum gemmas pocula vanum reputavi

Explicit disputatio — scripta per manus Eberlini de Noua Domo. En igitur *Codicem a Bobemo* exaratum.

VIII. fol. 89. p. 2. Rursus X. IV. *Miracula*, potissimum de B. V. *Maria*.

IX. fol. 92. *Spicilegium* quoddam pertinens ad *Summam Vitiorum* supra N°. III. indicatam, de

Ecce mundus moritur vicij sepultus

Denis Codd. Theol. V. II, P. II.

VI. fol. 87. *Miracula*. Hexas est e *Cantipratani*, *Caesarii Heisterbac.* &c. officina.

VII. fol. 88. *Hic incipit disputatio corporis cum anima composita per magistrum Rudbertum grossi capitis* (*Capitonem*, *Greathead*, *Grossetest*) *lincolniensem episcopum*. Quater produxi rhythmicum hunc *Dialogum Vol. I.* jam pleniorum, jam mancum. Praefens *Exemplum* initio conspirat cum illo, quod P. II. col. 2317. indicavi:

Corpus carens video spiritu vitali

De quo mihi visio fit sub formali &c.

latum a *Fellero* in *Catal.* p. 309. indeque citatum a *Leysero Hist. Poet. med. aevi* p. 997. Finit:

Rebus transitoriis abrenunciavi
Et me Christi manibus totum commendavi.

Otiositate, Superbia et Ira, juxta *Editionem cit.* suis locis inferendum.

X. a fol. 98. accedit 1) *Index* in utramque *Summam Virt. et Vitior.* 2) *Schema* five *Arbor Virtutum et Vitiorum.* 3) *Subpletur Initium Rhythmorum N°. VII.* adductorum:

Ordo rerum vertitur, cessat Christi cultus &c.

Hh

Uc

1599

C O D I C E S

1600

Ut in Exemplo *Vol. I. P. III. col. 3090. relato.* 4) Iconismus cherubicus sexalatus ad Librum *Alani de Insulis de sex Alis Cherubim*, ni fallor, delineatus, et Virtutum Officiis inscriptus.

DCLXXX.

U. 193 Codex membranaceus lat. Sec. XIV. Folior. 106. 4. per duas columnas nitide scriptus, rubro distinctus, et olim datus *pro bibliotheca collegij Ducalis a M. Paulo Troppauer de Vienna*, quem a. 1429. Facult. Philos. Decanum invenio, continet: I. ut in calce notatur, *Summam Viciarum IX. Partium*, quarum prima *de his que valent ad detestacionem vicij in communi*, postrema *de peccato lingue*, intermediae de VII. Peccatis agunt, quae vulgo *Capitalia*

Mens cognoscendo dotatur amando ferendo.

Est subtile scitum (citur) clarum corpus paciens nil &c.

II. fol. 101. Incipit tractatus *Magistri Alani de Sex alis cherubyn.* Ita: *Prima ala est confessio. Confessio duplex est. confessio laudis. Unde dicitur. confitemini domino &c.* Abest igitur Figura Cherub et ejus expositio, quas videre et legere possis in Editione *Visebiana Operum Alani ab Insulis Ord. Cist. Sec. XII. Scriptoris Flandri, Antverpiae. 1654. p. 173. f.* Opusculum vero ipsum habetur etiam inter *Dubia Bonaventurae*, cui a quibusdam olim tributum fuerat, Edit. *Lugd. 1668.*

dicuntur. Praemisso Indice chartaceo, qui serius accessit, initium est: *Dicturi igitur de singulis viciis cum oportunitas se offerret, vel quia locus se offert &c.* Autor non memoratur; est vero *Guil. Peraldus O. P.* qui circa an. 1250. vivere desit, et praeter nostram etiam *Virtutum Summam* dedit, ut pluribus habes *T. I. Scriptt. Ord. Praed. p. 131.* Utramque jam *Vol. I.* indicavimus. Praesens Exemplar collatum cum eleganti Edit. *Antverp. 1571. 8.* aliquanto imperfectius inventum est. Habet ad calcem Caput aliquod *de gaudiis celorum* hoc initio: *Vltimo celorum gaudia sub epylogo numeremus, non quidem singula generum sed genera singulorum &c.* quod quo pertineat, ignoro, non sane huc. Continet II. Versus:

T. VII. p. 643. *Adi Biblioth. Cist. Vischii p. 12.*

III. fol. 103. p. 2. ab eadem manu occurrunt: *De Passione Domini* cento e Patribus, *De Nativitate Domini, de VII. Verbis beate Virginis, de Confessione, et de Cena Domini Homiletica &c.*

DCLXXXI.

Codex membranaceus lat. Sec. XV. Folior. 141. 4. probe scriptus, rubricis distinctus, et hac Nota